Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



put eius. noli vinci a malo. sed vince in bono ma-
lum. Et timebunt gentes nomen tuum domine et omnes reges
terre gloriam tuam. Quia edificavit dominus syon et videbitur in maiestate sua.
Alleluia. Laudate dominum omnes angeli eius laudate eum omnes virtutes eius.
In illo tempore. Cum descendisset dominus de montem
secuti sunt eum turbe multe. Et
ecce leprosus veniens adorabat eum dicens. Domine
si vis potes me mundare. Et extendens manum tetig-
it eum dicens. Volo. mundare. Et continuo munda-
ta est lepra eius. Et ait illi ihesus. Vide ne cui
dixeris. sed vade ostende te sacerdoti et offer munus
quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem
introisset capharnaum. accessit ad eum centurio. ro-
gans eum et dicens. Domine puer meus iacet paral-
ticus in domo et male torquetur. Et ait illi ihesus.
Ego veniam et curabo eum. Et videns centurio ait
Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed
tantum dic verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego
homo sum sub potestate positus habens sub me milites. et dico
huic vade et vadit. et alio veni et venit. et servo
meo fac hoc et facit. Audiens autem ihesus miratus
est et sequentibus se dixit. Amen dico vobis. non inveni
tantam fidem in israel. Dico autem vobis. quod multi ab oriente et occidente venient et recumbent cum
abraham et ysaac et iacob in regno celorum. filii autem
regni mittentur in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni. Vade
et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer
in illa hora. Offertorium
Exercitus domini fortitudo certum domini et
altaria tua domine. non morior sed vivam et narrabo opera domini. Sec-